

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

ne ulteriore non sit opus. Et hæcenus Illustrissimi Principis nostri Theologi solum partes respondentium sustinuerunt: Silentio igitur Palatinis imposito, nihil habent nostri, quod illis scribendo contradicant: ut interim taceamus, in novissimo scripto nostro nos haud obscure testatos esse, de nostra voluntate, quod posthac amplius, nisi provocati, nihil contra illos scripturi simus. Hac ratione & non aliamter Principes de hoc negotio Haidelbergæ tractatum est. Ex quo intelligere potuimus, adversæ parti ad confirmandum errorem suum nostros nihil largitos esse, quod ad veritatem Doctrinæ cœlestis obscurandam, aut errorem Calvinianorum propagandum facere queat. Nos beneficio DEI puram & sinceram Doctrinam Religionis cum in aliis, tum in primis hac in parte tuemur. Neque prohibemur adversæ partis hæresin pro concione, aut scriptis confutare. Id quod Domino volente in posterum quoque, qua potuerimus fide & diligentia, pro virili nostra, si necessitas exigat, faciemus. Hæc breviter de hoc negotio: ne forte existimes, Principes nostros adversæ parti aliquid largitos, quo ad propagationem sui erroris unqueant. Et intercessionem quoque apud Senatum urbis vestræ non malo consilio factam esse arbitramur, quam fortassis precatio apud aliquos obtinuit Palatinus aut forte de scripto tuo aliter persuasi fuerunt, quam res ipsa & eventus docuerunt. Quod cum legerint, aut suis legendum proposuerint, speramus, illis quoque probatum iri. De illorum enim sinceritate in hac parte Doctrinæ nihil dubitamus. Utinam & Electoris quoque Theologi ad sanio rem mentem redeant.

Dominius Jesus Christus Salvator noster ad Dexteram DEI patris sedens, donans hominibus, spiritum sanctum largiatur omnibus in Ecclesia & Scholis docentibus, ut sinceritas doctrinæ cœlestis contra omnis generis corruptelas inviolata conservetur. Amen. Bene & feliciter vale. Studgardia, 19. Augusti, Anno salutis, 1567.

Jo. Brentius.  
Jacobus Andreæ.

## CXXIX.

*S. in Christo. Reverende & Clariss. vir.*

**G**Ratulamur tibi adventum in has terras, & gaudemus quod Eslingam feliciter attigeris. Cum autem nihil sit dulcius, quam *vir digne ius ad hoc saltem*, reverenter te oramus, ut cum in suscepto itinere Argentinam versus pertracturus es, per Studgardiam trans eas, & nos salutarre non dedigneris. Vix unius horæ mora longius est iter Argentinensē per Studgardiam quam per Constadium. Hanc exigui tempusculi morulam bonorum virorum apud nos colloquia tibi levabunt, & reli-

A. 1567.

PARS TERTIA.

253

reliquum iter tanto brevius & jucundius efficient. Manebis apud nos noctem non amplius unam, vel si hoc etiam tibi futurum est gravius, unicum saltem prandium cras apud nos fumes. Nec est quod verearis, ne nostrum alicui molestiam in re domestica exhibeas. Excipiemus te cum familia in Curia seu Pratorio Reip. nostra. Si pernoctare volueritis (ut oramus) invenietis apud nos lectos duos sed pueros & mundos. Rerum certe necessariorum ut nihil desit curabimus. Venies igitur hospes nobis gratissimus, diu & exoptatus & expectatus.

Peteret, scimus, idem Reverendus Pater noster D. Brentius, suis literis, si hic esset. Sed est Entzveihingen in nuptiis sui ex fratre nepotis, quae heri celebratae sunt. Hoc autem hodierno vespere certo redibit. Cras igitur ipsum invenies. Quae ipsa causa te movebit, ut tanto ad nos venias libentius. Bene ac feliciter vale, & nil rescribere, sed ipse veni. Datae Studgardiae. die 10. Septembris, Anno 67.

*Reverendae Dignitatis tuae.*

*Studiofissimi amantissimique*

Wilh. Bidenbach, D.

Lucas Osiander, D.

Balth. Bidenbach.

CXXX.

*Salutem à Filio DEI. Reverende vir &*

*parentis loco colende.*

Satis longo intervallo intermissum est solenne officium missitandi inter nos literas: culpam tribuo occupationibus, & quod literae meae tardissimae reddita. Sed tandem suavissima tua epistola saepe expetita plurimum me recreavit, tum quod restis sit de tua incolumitate, tum quod tuam erga me benevolentiam constantem multis confirmet argumentis. Quod tanta promptitudine meae intercessioni pro adfines locum das, & officium tuum prolixè defers, gratiam habeo. Ac licet ea intervenerunt, quae non sinunt Johannem Musæum tuo officio oblato frui, tamen voluntatem tuam non minori gratiae adpono, quam si beneficium accepissemus. Illustrissimus Princeps noster clementer obtulit Johanni, adfines meo, locum inter celsit. suae alumnos, qui Lauingae foventur. Sed vereor, ne temporum injuria & hoc interceptat beneficium. Augustus Elector fertur pellere eos ministros, qui corruptelas à Wirtembergensibus investas taxant, non solum qui in ditione ipsius docent Evangelion, sed etiam eos, qui in vicinia sub alio Magistratu.

ii 3

Socia